



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 60. Epistola ejusdem Episcopi ad Regem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. „tulo recipiendum, aliasque præactis
A. C. 1677. „beneficiis annexas functiones exer-
 „cendas hujusmodi ex titulo Regaliæ
 „provisos admittere præsumant, idque
 „sub poena suspensionis ipso facto incur-
 „rendæ; qua omnes illi obstricti tenean-
 „tur, qui quovis modo, aut quæsito
 „colore hujusmodi beneficiorum usur-
 „patores Consilio, aut Auxilio adju-
 „verint, aut alias eorum conatus pro-
 „moverint. Ipsos vero ita, ut præfer-
 „tur, titulo ac colore Regaliæ provi-
 „sos ac beneficiatos, ne se hujusmodi
 „beneficiis ingerant, sub poena excom-
 „municationis ipso facto incurrendæ,
 „æque prohibemus. Præcipimus etiam
 „omnibus personis Ecclesiasticis, ne
 „ullum auxilium, consilium ac assisten-
 „tiam ad capiendam, aut ineundam
 „possessionem hujusmodi usurpatoribus
 „præstent, idque sub poena excommu-
 „nicationis ipso facto incurrendæ &c.

§. LX.

Epistola ejusdem Episcopi ad Regem.

Hoc Apamiensis Episcopi mandatum
 non modo Josephus de Monpezat
 Tolosanus Archiepiscopus Metropolita
 die prima Septembris tanquam nullum
 irritumque declaravit, sed insuper illi,
 qui Regiam causam tuebantur, Episco-
 pum,

Sæc. XVII.
A.C. 1677.

pum Ludovico Regi exosum reddere, variis calumniis nitebantur, simulque Joannem Franciscum Le Juge Augustinianum impellebant, ut in Apamiensi Ecclesia Cathedrali Canonatus possessionem spreta anathematis comminatione adiret: quocirca Episcopus denovo die vigesima septima Octobris tam præfato Augustiniano, quam aliis ita provisus centuras interminavit, atque ab Tolosani Archiepiscopi sententia provocavit, eoquod ab eo lata fuisset contra Constitutionem, quæ nil nisi mera executio Lugdunensis Concilii generalis in Gallia recepti, & diplomatis Alexand. VII. Regiis literis confirmati esset: hanc vero interpositam appellationem Episcopus Archipræsuli, & Guilielmo Cezamaglioni ejus Promotori, necnon prædicto Augustiniano die vigesima sexta ejusdem Mensis insinuari curabat; ut vero apud Regem innocentiam suam contra suos calumniatores vindicaret, die vigesima nona Junii ad eum sequentes dedit literas: *Persuadere conati sunt Majestati vestræ inimici mei, me non morari tantum, sed nec ferre eos posse, qui militiam profitentur: ac sacerdotibus sacramenti pœnitentiæ ministris in mandatis dedisse, ne quemquam, qui eam vitam amplexi essent, nec illi abnuntiassent, peccatis expiarent, facile equidem mihi esset, tam*

M 5

sæde

Sæc. XVII sædæ calummie diluendæ, eorum numerum
A. C. 1677. recensere, qui ex mea diœcesi sub Auspiciis

Majestatis Vestræ, aut ducum, aut greg-
riorum militum conditione nomen militi-
dederunt: sed vereor, ne Majestatis Vestræ
patientia abutar. Possem etiam attestatio-
nes ac Chirographa exhibere quamplurimas
confessariorum ex locis, ubi miles hybernæ
egit, asseverantium, sacramenta quampluri-
mis administrata esse, imo omnibus, modo
illis rite accipiendis animum aptaverant; Et
ego nonnullos sacramento confirmationis
initiavi. Non potui igitur non vehementer
mirari, fuisse ex inimicis meis, qui ut ani-
mum Majestatis Vestræ a me averterent,
auderent illam tam falsis juxta, Et inver-
cundis criminationibus imbuere. Num ergo
ignorare Episcopus potui, artem vitamque
militarem non solum innoxiam esse, nisi a
liunde inquinetur, sed etiam tuendæ re-
gendæque Reipublicæ necessariam? quod
aliquando cum militum nonnullis hac
caussa locutus sum, id solum fuit, ut
exemplo Joannis Baptistæ cohortarer
innocenter militiam exercendam, ac juxta
Majestatis Vestræ observanda, quæ a non-
nullis calcata videbam, dolebamque populum
variis exactionibus injuriisque vexato; adeo
ut opus fuerit, in eorum nonnullos animos
advertere.

Patietur quoque Majestas Vestra, si
hac ipsa occasione rationem ei omnium res-
dam

dam, quæ inter me & Ecclesiasticum quem- Sæc. XVII.
 dam peracta sunt, cum prætextu Regaliæ A. C. 1677.
 Archidiaconatu Apamiensis Ecclesiæ potiri
 vellet; ego illum mandato ac censuris Ec-
 clesiasticis procul arcendum duxi; idque ut
 agerem, non alias plane ob causas permo-
 tus sum, quam ut conscientiæ meæ ac jura-
 mento satisfacerem, quo, cum Episcopalem
 cathedram conscendi, ad Ecclesiæ meæ jura,
 ac libertates conservandas sancte me obstrinxi.
 Ecclesia Apamiensis, cujus ego curam quam-
 vis indignus sustineam, nunquam Regaliæ
 subjacuit, idque non tam privilegio, Prin-
 cipum liberalitate accepto, quam naturali
 & a prima fundatione cœva libertate: qui
 ergo connivere ego possem, ut illa in dicepsi
 meam invehetur, nisi & dignitate, qua
 fungor, indignum me redderem, & decretis
 Lugdunensis Concilii quatuor sæculorum
 observantia subnixis, & Regum Galliæ
 edictis, ac præsertim Henrici Magni, glo-
 riosæque memoriæ Ludovici Majestatis Ve-
 stræ Patris adversarer? accedit, quod novi
 hujus juris invectione totam eam reforma-
 tionem Ecclesiæ meæ penitus everti continge-
 ret, quam pari felicitate ac favore tum
 Pontificis Alexandri VII. tum Majestatis
 Vestræ eam Regio diplomate protegentis ad
 metas perduxi; nec enim sperare licet, eum,
 qui Archidiaconatum nuper obtinuit (pri-
 mam videlicet Ecclesiæ meæ dignitatem)
 quique illum deinceps sequentur, eo animo
huc

Sæc. XVII. huc festinaſſe, ut ſacræ militiæ Tyrocinium
 A. C. 1677 facerent, communique bonorum ſocietate
 contenti, mundum ejusque cupiditates de-
 ponerent. Si ergo, qui jam Deo vocati
 religionem amplexi ſunt, profeſſione ſua,
 votisque obſiſtere cogantur, ac certum an-
 marum ſuarum adire naufragium, aliis vi-
 delicet alienisque beneficia ſua, quibus ſu-
 ſtentabuntur, relinquere, illud quoque
 neceſſario conſequeretur, ut divinis officiis
 Eccleſia mea deſtituatur; nec enim ut Maj-
 ſtati Veſtræ ſuggeſtum ſuit, ea Congre-
 gationi ſanctæ Genoſevæ unita eſt, ſed ſuis
 particularibus ſtatutis & legibus gubernatur.

Ceterum Apamienſis Epiſcopus ejus-
 modi beneficiorum uſurpationibus non
 modo Lugdunenſis & Tridentinæ Sy-
 nodorum prohibitionem oppoſuerat,
 ſed præcipue, quia per Alexandri VII.
 Bullam a Rege confirmatam ſancitum
 eſſet, ne quis, niſi poſt inchoatum, expli-
 tumque juſſu Epiſcopi tyrocinium, ſecretam-
 que profeſſionem, deinceps ad Eccleſiæ Apo-
 mienſis beneficia recipiatur: ante aliquot
 enim annos auctoritate Pontificia ac
 Regia Canonicos ſuos ſub Regula S.
 Auguſtini abdicatis patrimoniis omni-
 que temporalium cura ad primitivæ
 Eccleſiæ ſtatum, necnon ad Regularis
 inſtituti normam revocaverat, ſuam-
 que Eccleſiam reddiderat Regularem
 ac reformatam: Eo etiam poſſimum
 ex

ex capite Apamienses Canonici Petro ^{Sæc. XVII.}
Pauceto die vigesima nona Junii de- ^{A. C. 1677.}
clararunt, quod eum ad Canonicatum
Regularem admittere non possent.

§. LXI.

*Rationes ab Archiepiscopi Tolosani
sententia appellandi ab Apamiensi
Episcopo allatæ.*

Die decima octava Octobris idem ^{Gallia vind.}
Episcopus coram Regio Notario ^{doc. 9.}
declarabat, se sententiæ ab Archie- ^{pag. 185.}
piscopo Tolosano pronuntiatae haud de-
ferre posse. I. Cum lata sit non audi-
tis nec citatis partibus, quarum inter-
est. II. In ea dicatur: *Episcopi manda-*
tum legibus Regni Gallici adversari, per-
inde acsi Archiepiscopo competeret de
legibus Regni, earumque transgressio-
nibus judicare. III. Quia in ea con-
tineantur multa falsa & injuria, scili-
cet Apamiensem Regi promississe, se ju-
ramentum fidelitatis in acta publica re-
ferendum præstiturum dein non sine pri-
mi & antiquissimi Antistitis contume-
lia referatur, quod Paucetus Episcopo
objecerit, male ab eo decreta Lugdu-
nensis Concilii fuisse intellecta, censu-
ras ab eodem intentatas duntaxat ad
concitandum populum, & Regiis legi-
bus rebellem efficiendum spectare.
IV.